

superiora sunt causæ inuentionum instrumentorum inferiorum.
cum quibus mechanici faciūt suas operationes: F. De ista
instrumentalitate quid sentis? Astr. De hoc supra aliquid te
tigis; sed instrumentū est illud cū quo agēs agit uel hēt actionē
ad agendum & patiens ab eo passionem recipit; sicut martellus
cum quo faber actionem habet in ferrum & cum igne fornacis
disponit q̄ ferrum molle fiat; & homo cum gustu & lingua sa-
porem sentit; & intellectus est instrumentum cum quo homo
intelligit; & sic de aliis; ideo dicunt astronomi q̄ instrumenta su-
periora sunt actus; & operatōnes signorum & planetarum; & q̄
a b c d. sunt eorum instrumenta cum quibus agunt in inferiori-
bus; & de quo sunt: calor enim est instrumentum ignis; & calcsa-
cere est instrumentum caloris; sicut manus fabri est instrumen-
tum operandi; & martellus est instrumentum manus; & clavi;
& ideo dicunt astronomi q̄ instrumenta superiora sunt dupli-
cia; & causant duplices instrumentalitates in inferioribus: secun-
dum instinctum & appetitum naturalem instrumenta superio-
ra sunt instrumenta naturalia; & ut per naturalia inueniatur in-
strumenta accidentalia ad uiuēdum necessaria; sicut homo qui
oculos habet ut uideat; & dentes ut comedat; & sic de aliis instru-
mentis naturalibus: sicut arbor habet folia ut flores possit con-
seruare & fructus; & sic avis habet alas ut uolari possit; & faber
habet martellum ut ferrum extendere possit; & sic de aliis instru-
mentis: quæ sunt homini; & nature necessaria; & omnia sunt p-
pter finem hominis. Item instrumenta superiora sunt ut instru-
menta inferiora sint applicata & inducta ad finē uitæ hominis:
& aliorum animalium planetarum & aliorum entium natura-
lium instrumenta superiora sunt plura; & eorum quantitas est
ita magna sicut requiritur ad causandam multitudinem nume-
ri & quantitatris realis substatiarum inferiorum: sicut sol qui ha-
bet ita magnum instrumentum sicut est necessarium ad facien-
dum diem; & sicut aries taurus gemini ita magna habent instru-
mēta; sicut ē eis necesse ad faciendū uer: & sic de aliis. Instru-
menta superiora cū suis p̄priis qualitatibus causat p̄priās qualitates iſcrio-
res: sicut aries qui cū sua bōitate causat bonitatē ignis; & cū sua
magnitudic causat ī ipso magnitudinē; & cū natura caloris cau-
sat multiplicatōne caloris ī igne; & sic cetera signa ī aliis elem̄tis